parùm valẽtes repelluntur, earum n. caro mucida invalidaq́; eſt, quę vero diuti⁹ innatarint, & tanquam vivæ volutentur, optimæ ſunt, & tanquam præſtantiſſimæ à Galeno eliguntur lib. 2. de Antidotis. Igitur ſolę partes, ideſt, trũcũ illud, abſciſſis capite, cauda, pelle, & interaneis omnib. eligitur, ad paſtillos conficiendos & ad cibos; ex optimis & approbatis, ac majoribus Víperis; quæ n. hujuſmodi non fuerint, invalidã Theriacã conficerent, & nutrimentũ pariter invalidum afferent, propterea ſunt repellendæ, præcipuè, ſi in aqua longo tempore exenteratæ non volutentur.

DE DISSECTIONE ANAtomica in univerſum.

CAP. XV.

Iantiquiores Viperę Anatomen, ſicuti Chamæleõtis tradidiſſent, quòd refert Plini⁹, multos equidẽ errores evitaſſent; ſed ob horrorem, aut veneni ſuſpicionem, eam reliquiſſe exiſtimandũ eſt; cumq́; in capite ſit venenũ, nobis ictu per moleſtum, ab eo primum exordiri par eſt. Cerebrum tam puſillum habet, ut vix quatuor granorum milij æquet magnitudinem & quantitatẽ, & propterea calidum, & ſiccum animal à quibuſdã dicitur, quoniã

cordis